



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XX. de crimine Falsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](#)

Neque tantum ipse usurarius, sed & heres acceptas a defuncto usuras pro parthereditaria restituere tenetur.

II. Exercens usuras & monitus non *c. 1. § 7.*
defens, si Clericus sit, suspendendus est *b. t.*
ab officio & deponendus; laicus vero ex-
communicandus.

III. Manifesti usurarii neque ad com-
munionem altaris, neque ad Ecclesiasti-
cam sepulturam, neque ad oblationes vel
ad confessionem peccatorum faciendum,
neque etiam ad testamenti factionem sunt *c. 3. b. t. § e.*
admittendi, nisi vel de usuris satisficerint, *i. eod. in 6.*
vel de satisfaciendo cautionem idoneam
præstiterint.

De Crimine falsi.

TIT. XX.

Falsum est, quod veritatem imitatur: & *Nav. 73. in-*
Falsitas nihil aliud quam veritatis imi- *princ.*
tatio, occultatioque; nam & mendaci-
um & occultatio species est falsi.

1. *Ut quis falsi reus sit, quæ concurrere
debent?*

Hæc tria. I. Ut dolo malo seu animo
fallendi & corrumpendæ veritatis
committatur, II. Ut noceat alteri, III. Ut

Cc 4 lege

lege aliqua statutum sit, talen imm.
L. 10. C. Ad tionem veri esse punibilem poenam,
L. Corn. de quod est quasi falsum, & ex S. C. va-
falsis. terpretatione prudentum pro falso in
 habetur.

2. *Quibus modis & qualiter adim-
 falsum?*

Variis modis, & aut dicto scripsi-
 aut facto vel usu. Dicto, si falso te-
 nino & veritas occultetur, & mendac-
 dicatur.

c. 1. b. t. Scripto, si quis testimonium vel alii
 instrumentum falsum scriplerit, signa-
 rit, recitaverit, subjicerit. Circa littera
l. 2. & l. 23. ras vero Apostolicas falsitas hujusmo-
D. eod. committitur vel in modo dictaminis le-
 mutatione styli, vel in forma scripturæ,

c. 5. & 7. qualitate chartæ.
b. t. Facto, si quis sigillum adulterinum
 fecerit, sculpscerit, expresserit, ab
Init. d. tit. malo; si falsam monetam percullen-
l. 9. & 19. nummosque adulterinos conflavent, in
D. eod. l. xerit, tinxerit; si pondera & mensura
pen. D. eod. publice probatas corruperit, aliisque mo-
 dis.

d. c. 5. 6. & Usu denique, si quis vel fassis infor-
7. b. t. mentis vel falsis litteris aut summi pos-
c. 3. eod. l. aut alicujus Principis, sciens dolore
13. D. eod. fuerit usus. It. falsum nom. vel cognome
 sibi usurpando.

Quae est pœna falsi?

Jure civili pœna falsi, vel quasi falsi, in
liberis hominibus est deportatio & bono-
rum omnium publicatio, servus ultimo *D. eod.*
l. I. in fin.
Suppicio affici jubetur: aliterve pro qua-
litate personæ falsum committentis, falsi-
tatisque commissæ modo atrocius modo
mitius, crimen hoc punitur.

l. Qui du-

Jure Pont. qui falsum in literis S. P. ad. ob. 21. *D.*
misile convincitur, si Clericus fuerit, *eod.*
cum omnibus suis ea in re fautoribus &
defensoribus excommunicatus, omnibus-
que officiis & beneficiis suis spoliatus, &
per Ecclesiasticum judicem degradatus,
curia traditur seculari puniendus, aliter
cum in litteris Apostolicis Clericus fal-
sum admiserit, pœna est depositio vel alia *d. c. 7. b.t.*
major, pro qualitate criminis.

De Sortilegiis.

TIT. XXI.

Nisi supra, a crimine falsi etiam sortile-
gos non esse alienos: quia per sortes
fallunt homines, & præ se ferunt se *can. I.*
vera prædicere, cum solius Dei sit fu- *XXXVI.*
tura nosse.

q. 50

1. Qua dicuntur hoc loco Sortes, & qui
Sortilegi?

Cc 5

Sor.